



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

XLVIII. Coelibatus quo Iure sit Ordinibus sacris annexus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

S. Syluestro, can. 6. proditur de VII Diaconis Cardinalibus Romæ. Significat idem quod *Principalis*, ut à quo pendeant Episcopi, ceu cardine. Ut Cardinales virtutes, venti, puncta cœli, &c. dicuntur: Sic & Tituli seu Ecclesiæ Principales VII. dicebantur Cardinales; itaque à loco ad personas nomen transit.

II. OFFICIUM Antiquitas, 1. Est aut Episcopalis, aut Presbyteralis, aut Diaconalis. 2. Eligere Papam. 3. Assistere Papæ in regimine, ut Senatores Consuli, ut Consilium Principi. In primitiua tamen Ecclesia omnes ferè Presbyteri ad Electionem Papæ conueniebant in paucitate Cleri: at postea auctiore Clero, soli Principales id munus obierunt.

III. COMPARATIO Cardinalatus cum Episcopatu est talis; 1. Potestate Ordinis maior est Episcopus Cardinali, Presbytero, vel Diacono. 2. Iurisdictione in propriam Ecclesiam item. Quia Episcopus attendit vel Diœcesi toti, vel vrbi; Cardinalis verò soli Titulo suo, in quo est ut parochus, nec ius habet maius, quàm parochiale. 3. Regimine Vniuersalis Ecclesiæ maior est Cardinalis, Presbyter, aut Diaconus, quàm Episcopus. Singula docet *Bellarmin. lib. 1. c. 16.*

DICTIONE S. Hieronymum fuisse Presbyterum Antiochenum; non Romanum, non Cardinalem; ipso teste *Epist. 61.* Deinde et si in Concilio 6. Carthaginensi vltimi subscripserunt Cardinales duo; sciendum tamen tunc ætatis Episcopos Cardinalibus fuisse maiores: postea verò mutatum esse.

Q. V. ÆSTIO XLVIII.

COELIBATUS quo Iure sit Ordinibus S. annexus?

LUTHERO-CALVINISTAE, post Iouinianum Willess, negant vlls, adeoque omninò hæreticissimè annexum esse. LUTHERVS *Libro de abroganda Missa, Magdeburgenses Centuriis singulis c. 7. maxime Centuria 11. c. 7.*

BEZA, Martyr, CALVINVS *Inst. l. 4. c. 12. §. 23, &c.* Documenta singulorum subiiciemus infra.

AUTOR. I. Votum Continentiæ non est Iure diuino additum Ordinibus Sacris: proindeque est Dispensabile. Quia ex solo Iure humano Apostolico vis eius dimanat. I. Ita *D. Tho. 2. 2. q. 8. art. 11.* & plerique contra Medinam, Maiorem, &c.

1. Quia Matrimonium non pugnat cum S. Ordinibus ratione Essentiæ suæ, sed Officii: ne actu coniugali, aut curis animus Sacerdotis enervetur. Ideò non est iuris diuini, ut coniugati, si postea ordinentur, abstineant vxoribus. Alioquin Ecclesia non potuisset Græcis permittere vsum vxorum ante Ordines acceptos ductarum.

2. Nulla in Sacra Scriptura extat prohibitio: quin Veteri in Testamento licebat; in Nouo ad Timotheum & Titum iubet eligi castos.

3. Puritas ministerii castitatem requirit, ut conuenientem; non ut Necessariam. Ideò Concilium Ancyranum, à S. Leone confirmatum, permisit etiam post Diaconatum ducere Vxores.

II. Iure Ecclesiastico & Apostolico Coelibatus est Ordinatis mandatus; ut nec prius ductis vxoribus fas vti. 1. Ex Sacra Scriptura uti deducant S. Patres: Vide meum *Antichristum part. 2. q. 19.*

2. Ita Concilia; ut Ancyranum an. 314. Car.

Carthaginense II. Canon. 2. anno 254. causam promit: *Vt, quod Apostoli docuerunt, & seruauit Antiquitas; nos quoque custodiamus.* Sic & Concilia Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, Germaniæ antiquissima ante annum 700. Mendax ergo Melanchthon in Confessione Augustana legem cœlibatus primum in Germania fixam esse post annū 900. 3. Ro. Papæ, itemque S. Patres antiquissimi Græci, Latiniq; consentiunt apud Bell. l. 1. c. 19.

4. Exempla fauent laudatissimorum Episcoporum, & Clericorum inde vsq; ab Apostolis continentium.

Magdeburgenses Centura 4. s. 6, 7, 8, 9. 10. 11. de vxo a. 15 proferunt exempla multa.

At sunt *Vel* de ductis ante Ordinationem: *Vel* de minoribus Clericis: *Vel* de illaudatis uiris: *Vel* expresse mentiuntur.

4. Quia Matrimonium impedit Ecclesiastica munia Sacrificandi, ob impuritatem: Orandi & Legendi, ob hebetationem ingenii: Prædicandi ad uirgines & uiduas de castitate: Curandi animas, ob curas temporales: Procurandi pauperes, ob curam prolium. Et vix distinctio foret Clericos inter & Laicos.

QVÆSTIO XLIX.

Quæ Sectariorum sunt documenta?

I. LVTHERI & LVTHERRANORVM.

Iubetur, Tit. 1. elegi ἀνευλατῶν, id est, sine crimine: quo isto? *Sit unus uxoris vir, si is habens fideles, se n. fornicetur.*

RESPONDEO. I. Sit sine vlla, quæ reprehendi posset, etiam specie criminis; vt bigamia, index est incontinentiæ. Ita

Chrysof. hic. 2. Aug. tract. 41. in Ioan. &c. Sit sine grandi crimine: quin cum multiplice virtute, vt monogamia, sobrietate &c.

II. 1. Cor. 7. *Vnusquisque uxorem suam habeat, vnam, non plures, nisi succelluè. 1. Tim. 3. Diaconi sint vnus uxoris viri.*

RESP. Patres sic exponunt, non habeat, aut non habuerit, nisi vnam.

III. 1. Cor. 9. *Annon habemus potestatem circumducendi sororem uxorem: sicut Apostoli. &c.*

RESP. *Mulierem* dicit, non *Uxorem*; & ad vsu vitæ, non luxuriæ.

IV. *Sit vnus uxoris vir*, id est, Luthero, vnam habeat; Magdeb. non plure simul.

RESP. I. Tim. *Vidua eligatur, quæ fuerit vnus viri uxor*, id est, monogama: non vt Luth; & Magdeb. Nec id ætatis vlli gentium mos erat duas habere simul. Ita S. Patres. Ita praxis Ecclesiæ, bigamos nūquam ordinantis: ad Christi conformitatem, qui vnus Ecclesiæ Caput est.

V. Magdeburgenses. Sanctus Vdalricus scribit, S. Gregorium Clericis ademisse uxores; deinde in eius scriptura reperta 6000. capitum: & mox decietum suum reuocasse, & tenuisse.

RESP. I. Ibidem dicitur, Papam posse cogere ad cœlibatum. 2. Epistola est ad Nicolaum II. qui obiit an. 867: At S. Vdalricus factus est Episcopus an. 903. Ergò fictitia est epistola: Sanè autorem probatum habet nullum.

CALVINI & CALVINISTARVM.

I. Deus reliquit matrimonium cuique liberum: & eius prohibitio est hæretica. 1. Tim. 4.

RESP. Placet libertas; proinde Ordinandis ponitur conditio cœlibatus seruandi. Et Paulus notat reprobantes

Dd 3 nu.